



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Suspirium sextum, vnionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

Intendo denique petere supremum gradum imitationis, & conformitatis tuæ, ad quem creatura, te bene iuuante, pertingere potest.

Intendo denique petere quicquid tu me vis petere.

SUSPIRIUM SEXTUM

Vniuers.

Quotiescunque, præterea, suspirando dixerò: O DOMINE VNI ME TECUM INSEPARABILITER. moxque siluero.

Intendo cum toto affectu intimisque desiderijs quæ tu maxima concipere potes: meam voluntatem in tuum beneplacitum perfectissimè transfundere; & memetipsum abnegando voluntatem meam sine vlla retractatione, tuæ voluntati vnire: ita vt nihil aliud velim aut nolim, quàm quòd tibi placitum est aut displicet: adeoque tuum beneplacitum sit, meum summum desiderium, voluptas, & consolatio in omnibus euentibus, siue sine aduersitatibus extrinsecæ: vt sunt infirmitates,

PARS TERTIA. 423

tates, persecutiones, oppressiones,
irrisiones, detractiones, confusio-
nes, aut his similes: siue intrinsecæ,
vt sunt subtractio deuotionis sensi-
bilis: spiritualium consolationum
priuatio: mentis & sensuum obnu-
bilatio: spiritualium desideriorum
& affectionum in frigidatio: tenta-
tiones & his similia.

SUSPIRIUM SEPTIMUM

Generale.

QUOTIES CUNQUE
demum, suspirando dixerò: O
DEVS MEVS ET OMNIA. MOX
que siluero.

Intendo in silentio & profundi-
tate cordis, omnia præcedentibus
suspirijs comprehensa facere & po-
stulare: hoc est. Intendo offerre, pe-
tere, gratias agere, laudare, tibi
conformari, & uniri perfectissimè.

CONFIRMATIO CONTI-

nua omnium eorum qua supra

scripta sunt.

Quandoquidem Domine vo-
luntatis meæ est, vt nullū om-
nino